

ea quæ sanguinis boni copiam generare possunt; præscribemus, vitiáque si quæ sint, quæ hoc impedian, emendabimus. Cauere ergo debemus summoperè ne mensium fluorem fructu prouocare cum præsentibus medicamentis tentemus, cùm prædicta aliqua incommoda aedesse intelligemus. Verùm si copia adsit sanguinis, & si subsistant ob eiusdem crassitatem, aut lentorem, aut vasorum vteri partiūmve circumstantium obstruktionem magnam, aut vteri densitatem, tunc tutò dictis remediis menstrua prouocabimus.

CORRIGENTIBVS accidentia.

Lac.

Oui albumen conquaſſatum,

Oleum violaceum, rosaceum.

Aqua rosacea.

Mitigant ardorem mordacem præsentia, si aliquis à pessulis similibusve medicamentis excitatus sit; linneolum autem prædictis insuccatum collo vteri insegratur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia, in MENSIBVS NIMIVM SVPPRESSIS ſepius cùm summa salute plurimorum egrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO MENSIVM NIMIVM SVPPRESSORVM.

R \bar{e} diacatholiconis 3 vj. manne Calabrinę 3 j. syrapi arthemisiæ 3 j. β. aquarum arthemisiæ 3 iiiij. fiat *Hastus*.

R \bar{e} syrapi arthemisiæ 3 ij. syrapi de duabus radicibus, syrapi Byzantini ana 3 j. aquarum matricariæ, fœniculi, petroselini ana 3 iiiij. fiat *Iuleb*.

R \bar{e} radicum asari 3 β. fœniculi, petroselini ana 3 j. β. ſapiniæ m. β. nepiæ m. j. β. capillorum Veneris p. j. coquan-